



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Ecclesia**

**Buchinger, Michael**

**Dilingae in Rhetia, 1556**

**VD16 B 8998**

Causæ remanendi in ecclesia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

plerumq; semper sua beneficia & merita, præ-  
 miaq; proponit, Et ut semel dicam; Filij eccle-  
 siæ sunt omnes qui in ecclesiæ alua sunt foti & Filij eccle-  
 inde nati. Habet enim illa uirtutem sacramen-  
 torum, & ueritatem efficacem uerbi; quod dicitur  
 tur aluus ecclesiæ: recte ergo mater & matrix  
 ecclesiæ dicitur, cuius filioli, ut superius ostendi-  
 mus, hic militant spe, triumphant re, utrunq; in  
 ueritate possident, Rom. 8. &c. Sponsus, inquit,  
 D. Hieronimus, Christus, sponsa ecclesiæ: De hoc  
 sancto spiritali connubio, Apostoli sunt procre-  
 ati, qui lugere non possunt quamdiu sponsam in  
 thalamo uident, & sciunt sponsum esse cum spō-  
 sa. Quando uerò transferint nuptiæ & passio-  
 nis ac resurrectionis tempus aduenerit, tunc  
 sponsi filij ieiunabunt, hæc D. Hieronymus. 9.

## CAUSÆ REMANENDI in ecclesiæ.

Sunt autem multa quæ fidelem alumnū in  
 ecclesiæ gremio iustissime tenere ualēt. Te-  
 net me, inquit August. aduersus epistolam  
 Manichæi, cap. 4. consensio populorum, atq;  
 gentium: Authoritas miraculis inchoata. spe nu-  
 trita, charitate aucta, &c. postremo ipsum ca-  
 tholicæ



tholica nomen, quod non sine causa, inter tam  
multas hæreses sola obtinuit.

## CAPVT ECCLESIAE

cur Christus.

**M**ulieres uiris suis subditæ sint sicut do-  
mino, inquit Paulus Ephes. 5. Quoniam  
uir caput est mulieris: sicut Christus  
κεφαλή ecclesie. Et idem 1. Corint. 11. uiri ca-  
put Christus: caput autem mulieris uir: Caput  
uerò Christi deus est. Hic est ille sar Salmon,  
hoc est, princeps pacis: πατὴρ μελλόντων,  
hoc est, pater futurorum rerum: Saluator, νεο-  
γὰμ, &c. Qui multis rationibus dicitur ca-  
put ecclesie. 1. Quia eminentior can. 2. sicut ma-  
lus inter ligna siluarū: & Psalmographus, Psal.  
88. Et ego primogenitum ponam illum, &c. 2.  
Quia speciosior sole Sapi. 7. & Psa. 44. specio-  
sus forma præ filiis hominum. 3. Quia potentior,  
cui data est omnis potestas, influit enim sem-  
sum & motū. 4. Quia sine macula, 1. Pe. 1. unde  
August. Episto. 50. ad Bonifacium de moderatè  
coercendis hæreticis, inquit: Ecclesia catholica  
sola corporis Christi est, cuius ille caput est, sal-  
uator corporis sui. Extra hoc corpus neminem  
uiuificat spiritus sanctus, etc. Huius ergo ecclesie  
caput Mosche l princeps et dux Christus est.

no